

14; IX, S. 12, Nr. 21 fehlerhaft zu 1222 Juni 15 — Devrient, UB Gleißberg, S. 59 f., Nr. 18 fehlerhaft zu 1224 Juni 20 — Schieckel, Reg. Dresden I, S. 105, Nr. 305.

Zur Sache vgl. auch UB Altzelle I, Nr. 74.

IN NOMINE SANCTE ET INDIVIDUE TRINITATIS. LUDEUUCUS DEI GRATIA LANTGRAVIUS THURINGIE ET PALATINUS COMES SAXONIE CELLE SANCTE MARIE IN PERPETUUM. | Notum esse volumus omnibus tam presentibus quam futuris presentem paginam inspecturis, quomodo Volradus de Landesberg et Conradus filius eius pro elemosina Guntheri de Ro|chesberg et pro remedio animarum suarum septem mansos in villa proprietatis sue, que dicitur Wizk, coram nobis in provintiali<sup>a)</sup> placito nostro, quod VI<sup>o</sup> nonas mai in Dels celebratum | est, Celle sancte Marie nullo contradicente devote contradiderunt. Huius donationis testes sunt: Theodericus prepositus de Monte Sereno et Iacobus capellanus suus, Wrezla|us filius regis Boemie, Meinherus burchravius Misnensis, Hogerus de Wrideberg, Wlferus de Pesne, Geuehardus de Zurbeke, Hermannus de Sconenburg, Eico de Ribeco|we, Conradus de Landesberg, Fridericus de Marus et Wernerus frater eius, Albertus de Bele et alii quam plures. Post hoc provinciale<sup>a)</sup> placitum in Dels celebratum die ab|hinc quadragesimo quarto, hoc est XVII<sup>o</sup> kal. iulii, contigit nos presidere alteri provintiali<sup>a)</sup> placito in Szcolin, ubi adveniens Wichardus de Szcapowe predium suum, quod dicitur | Leina, quod fratribus de Cella sancte Marie pro quadringentis et quinquaginta marcis vendidit, coram nobis resignavit consentientibus in eandem resignationem legitimis | heredibus suis Alberto de Alstede et filiis ipsius Walthero, Heinricho et Iohanne, cui facto dum Cūnradus de Grobe niteretur contradicere, per iustam sententiam imposito sibi | silentio destitit a proposito. Ut autem ad presens et in reliquum huiuscemodi contractui nemo verbo vel opere contraire presumat, presentem inde paginam conscribi fecimus | eamque et sigilli nostri impressione et idoneorum virorum attestacione comunimus, quorum ista sunt nomina: Meinherus burchravius Misnensis et Hermannus frater eius, Heidenricus | de Zankenberch, Heinrichus de Cotsowe, Heinrichus de Warin, Hermannus de Schonenburg, Waltherus de Glizenberg, Hermannus de Hagen, Volcmarus de Kanburg, | Albertus de Amendorf, Ericus de Dolzk, Heinrichus de Leuenowe, Conradus de Miltiz, Robertus de Studenheim, Fridericus de Lindenowe et alii quam plures. | Acta sunt hec omnia anno ab incarnatione domini nostri Iesv Christi millesimo ducentesimo vicesimo quarto, indictione XII<sup>a</sup>, sub abbate Ludegero; feliciter amen.

(SP.)

## 76.

***König Heinrich (VII.) nimmt das Zisterzienserkloster Altzelle in seinen Schutz, bestätigt dessen Besitzungen und gewährt ihm unter anderem die Vergünstigung, Reichsgut ohne besondere Genehmigung zu erwerben.***

1224 Juli 23, Nürnberg

75. a) sic A.